Trithemius, Johannes; Brant, Sebastian [Sonst.]; Heynlin, Johannes [Vorr.]: Liber de Scriptoribus Ecclesiasticis
Basel, [nach 28.VIII.1494] [GW M47578] [Sack 3502] Seite 39b



beatiſſimi patris noſtri Benedicti conferens oſtendit ꝙ omnium aliorum regulæ eædem conſonent:& illa a nulla penit⁹ diſcordet. Ob hanc cauſã codicẽ ſuũ præ/notauit:

Concordiam regularũ: li. j
Scripſit & alia.
Claruit ſub Conſtantino imperatore: Anno dñi: Sexcenteſimo. LXX.

a Delmus epũs occidentalium Saxonũ ex abbate Maildubẽſis cœnobij in Scotia ordinis ſancti Benedicti: uir deuot⁹ & eximiæ ſanctitatis: in ſcriptu/ris ſanctis ſtudioſus & doctus: atqꝫ in ſæcularibus litteris in Anglia ſuo tem pore omniũ eruditiſſim⁹: carmine excellens & proſa: prædicator uerbi diuini fer/uentiſſimus. Scripſit gemino ſtilo quædam inſtructa uolumina: De quib⁹ ego tan/tum reperi ſubiecta. Cum adhuc abbas eſſet iubente ſynodo gentis ſuæ: ſcripſit aduerſus errorẽ Britonũ inſigne & utile opus:

De celebratione paſchæ: li. j
De uirginitate ſanctoꝝ metrice: li. j Oĩpotens genitor mũdũ.
De eadẽ re proſaice: li. j Reuerendiſſimis xpĩ uir.
Epl̃as plures ad diuerſos: li. j
Alia quoqꝫ multa ſcripſiſſe legit᷑: quæ ad noticiã noſtræ lectionis nõ uenerunt.
Claruit ſub Iuſtiniano minore: Anno dñi: Sexcenteſimo. LXXX.

c Eolfridus poſt Benedictũ ſecundus abbas monaſterij ſanctorum Petri & Pauli apoſtoloꝝ in Anglia ordinis ſancti Benedicti: præceptor & nutritor Bedæ preſbyteri: uir deuotus & eruditus: ac regularis diſciplinæ guberna tor ſtrenu⁹: Scripſit ad regem Pictoꝝ petentẽ ſatis prolixã epl̃am in modũ libelli:

De obſeruatione paſchæ: li. j
Claruit in Anglia temporibus Iuſtiniani iunioris imperatoris: uidelicet: Anno do/mini: Sexcẽteſimo. LXXX. Tandem cum limina uiſitãs apoſtoloꝝ reuerteret᷑: moritur in ciuitate Lingonenſi: Anno ætatis ſuæ. LXXIIII.

e Gidius monachus ordinis ſancti Benedicti: natione Græcus: in diuinis ſcri/pturis erudit⁹: & ĩ ſæcularib⁹ litteris peritiſſim⁹: medic⁹: phus & poeta inſi/gnis: & nõ min⁹ conuerſatione q̃ ſcientia uenerabilis: ſcripſit nõ ſpernẽdæ utilitatis quædam opuſcula: de quibus ego dũtaxat reperi ſubiecta. Opus inſigne metro compactum:

De pulſibus: li. j Ingenij uires modicis co.
De uenis quoqꝫ: li. j Dicit᷑ hinc uena qñ fit.
De alijs nihil uidi.
Claruit ſub Tyberio imperatore: Anno dñi. DCC.

b Eda monachus & preſbyter monaſterij ſanctoꝝ Petri & Pauli aploꝝ: qđ eſt in Anglia: ordinis ſancti Benedicti: uir in diuinis ſcripturis ſtudioſiſſi/mus & ualde eruditus: atqꝫ in ſæcularibus litteris peritiſſim⁹: phus: aſtro/nomus: calculator & poeta inſignis: græci ſermonis nõ ignarus: ingenio præſtãs: eloquio non curioſus: dulcis tamẽ & cõpoſit⁹: Multa ſcripſit uolumina: in quibus acumen ingenij eius cõprobat᷑. Hic cũ eſſet ſeptẽ annoꝝ cura ꝓpinquoꝝ datus fuit educandus Benedicto abbati: ac deinde Ceolfrido dicti monaſterij Mura/mutha: cũctũqꝫ ex eo tempus uitæ in eiuſdẽ monaſterij habitatione pagens: oẽm meditandis ſcripturis operam dedit: atqꝫ inter obſeruantiã diſciplinæ regularis & quotidianã cantãdi in eccleſia curã: ſemꝑ aut diſcere: aut docere: aut ſcribere dul/ce habuit. Nonodecimo aũt ætatis ſuæ ãno diaconatũ: triceſimo pſ̄byteratus gra/dũ: utrũqꝫ ꝑ miniſteriũ Iohannis epĩ: iubente Ceolfrido abbate ſuſcepit: ex quo tempore accepti preſbyterat⁹ uſqꝫ ad finẽ uitæ ſuæ ſubiecta opuſcula compoſuit:

In Geneſim uſqꝫ ad Iſaac: li. iiij
In Exodum: li. j
In Numeros: li. j

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/trithemius1494/0094
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg